



Disputatio juridica nona de pactis dotalibus

<https://hdl.handle.net/1874/340891>

DISPUTATIO IVRIDICA
 NONA,
 DE
 PACTIS DOTALIBVS.

QVAM
 D. O. M. I.
 PRAESIDE

Viro Clarissimo,
 D. ANTONIO MATTHÆO, Ju-
 ris Antecessore Primario, in illustri Academia
 Ultrajectina,
Publicè defendet,

MARCVS du TOVR.
Ad diem 6. Novemb. horâ locoque solitis.



V L T R A J E C T I
 Apud IO ANNEM à W A E S B E R G E
 Anno c^{ho} Ic cXLIV.

NOBILISSIMIS, GENEROSISSIMISQUE

VIRIS,

D. ANDREÆ vander MEULEN S.
Salvatoris Canonico.

D. MARCO MAMUCHET, Domino
in Grunerie & Houdringen susceptori.

D. FRÉDERICO RUYSCH, Inclytæ
Reipub. Ultrajectinæ Consulari.

AVVNCVLIS

Hanc *Disertissimæ* Iuridicam affectus obser-
vantiaque ergo,

Inscriptum, et

MARCVS du TOVR

Respond.

APUD IOANNEM & NW. VERBERGE
ANNO 1702

DISPUTATIO IVRIDICA

NONA.

DE

Pactis Dotalibus.

T H E S I S I.

Cum in traditionibus rerum quæ interveniunt pacta, ea valeant; non est dubitandum, pacta quoque dotalia valere: modò ne contra bonos mores sint, aut indotatas reddant mulieres superflites *l. in traditionibus 48. D. de pact. l. 2. 4. 5. 6. l. si pater 12. §. 1. D. de pact. dotal. l. 3. & 5. C. eod.*

II.

Valent autem non solum ad excipiendum, sed & ad agendum, siquidem statim interponantur: secus si ex intervallo, *l. 1. C. de pact. conv. l. 7. §. quinimo D. de pact. l. in bona fidei 13. C. eod. junct. l. quotiens 29. l. post dotem 40. D. Sol. matr. l. avia 6. & l. seq. D. de jur. dot. Duar. ad eund. tit. cap. de pact. dotal.*

III.

Et licet instrumentorum dotalium plerunque fiat mentio in libris nostris, valent tamen pacta etiam sine ulla scriptura. *l. ad exactiorem 6. C. de dot. promiss. l. un. §. 1. in fin. C. de rei ux. act. l. 1. 4. & seqq. C. de fid. instrum. l. 1. & seqq. C. plus val. quod agit. l. cum citra 15. C. de jur. dot. Dd. in l. contractus C. de fid. instrum. VVes. in par. D. de pact. dotal. Neostad. rer. jud. obs. 18.*

IV.

Avus cum dotem pro nepote suscepisset, pactus est: ne à se, neve à filio peteretur: ab alio verò quàm filio herede ut dos peteretur: non potest id pactum valere, cum contra dotem sit *d. l. 2. D. de pact. dot. cum simil.* Nec mutat *l. avus 10. D. eod. Cujac. 11. obs. 29.*

V.

Filia de dote profectitia pacta est: quæsitum an pactum hoc patri noceat? Ex sententia Pomponii respondendum, non nocere, nisi adjecta filia persona pater experiatur. *l. cum dos 7. D. de pact. dotal.* Nec adversatur *l. 2. §. 1. D. Sol. matrim. Accurs. in d. l. 7. verb. experiatur. Duar. ad d. l. 2. vers. sed utrum. Con. 8. com. 10. n. 6. Hotom. 9. obs. 2. Pac. cent. 5. antin. 56.*

VI.

Mulier cum nuberet, pacta est, ut si in matrimonio decessisset, dos liberis suis restitueretur. Quæsitum, an liberis matre defuncta actio danda sit? Negat Gordianus in *l. 4. C. de pact. conv.* Affirmat Paulus in *l. Gajus 45. D. Sol. matrim.* Nullum hîc dissidium est. *Glos. in d. l. Gajus, verb. Sed permittendum est. Pac. cent. 8. antin. 10.*

VII.

Inter socerum & generum convenit, ut si filia mortua superstitem anniculum filium habuisset, dos ad virum pertineret: quod si vivente matre filius obiisset, vir dotis portionem defuncta in matrimonio uxore retineret. Mulier naufragio cum anniculo filio periit: quæsitum an dotis portio ad virum pertineat? Papinianus respondit, pertinere: quia verisimile est, ante matrem infantem periisse *l. inter socerum 26. pr. D. de pact. dot.* Cui non contrariantur *l. qui duos 9. §. 1. l. 16. 17. 18. D. de reb. dub. Pac. cent. 8. antin. 75. Alciat. reg. 1. præsumt. 49. Donel. 8. com. in explic. d. l. 9. Menoch. 6. præsumt. 50.*

VIII.

Pater, cum dotem pro filia daret, pactus est, ut mortua filia relictis liberis, tertia pars dotis retineretur: duæ partes sibi aut post mortem suam filiis quos in potestate habebat restituerentur. Post mortem patris decessit mulier relictis liberis: quæritur, an fratres ejus duas tertias petere possint? Respondit Africanus, posse: *l. pater 23. D. de pact. dotal.* Nec adversantur *d. l. 26. §. filia D. cod. l. quo tutela 73. §. ult. D. de R. I. l. stipulatio ista 38. §. alteri l. quicquid 99. D. de V. O. Cuj. in d. l. 23. lib. 7. Quæst. Afric.*

Pactum

IX.

Pactum de dote factum habet etiam locum in additamento dotis. *d.l. 26. §. cum inter patrem D. de pact. dotal.* Nec mirum: nam & privilegio dotis mulier in additamento gaudet, nisi in fraudem creditorum id factum sit. *arg. l. si quis posthac C. de bon. proser. l. ait praetor 10. §. si cum mulier l. omnes 17. §. ult. D. Quae in fraud. cred. Confer Fabr. 8. Cod. Sabaud. def. 16.*

X.

Pactum dotale primis nuptiis factum, non censetur repetitum secundis: nisi inter easdem personas divortio facto redintegrentur postea nuptiae *d.l. 26. §. ult. D. de pact. dotal. l. dotem 30. & l. seq. l. dotis promissio 68. D. de jur. dot. Corn. lib. 1. conf. 254. Cast. lib. 1. conf. 61. Fab. tit. de jur. dot. def. 18. n. 12. Sand. 2. tit. 2. def. 3. Diss. Boer. decis. 137. Menoch. 3. praesumpt. 6. n. 25. Gail. 2. obs. 82. n. 7. Costal. in l. si mulier 19. D. Solut. matr.*

XI.

Si sponsus instrumento nuptiali promiserit, se non migraturum cum uxore in alia loca absque ejus consensu: an conventioni stare tenetur? Verius est, eam conventionem non obesse, quo minus ex justa & gravi causa mutare domicilium possit. *Schneid. de nupt. part. 4. n. 48. Beust. part. 2. de matrim. cap. 32. Tiraquel. de legib. connub. leg. 1. glos. 1. part. 1. n. 39. Diss. Covar. de matr. part. 2. cap. 7. n. 5. & 6. Maufer. de nupt. p. 335. Tuld. ad tit. C. de nupt. n. 4. quibus haec pactio cum potestate mariti, & libertate pugnare videtur.*

XII.

De futura successione pactis dotalibus caveri nequit: lege enim aut testamento defertur hereditas, non pacto. *l. pactum 15. l. licet 19. l. ult. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. l. de fidei commiss. fo 11. l. cum donationis 34. C. de transact. l. 3. C. de collat. l. stipulatio hoc modo 61. D. de V. O. l. 4. C. de inut. stipul.* Et licet in eadem voluntate paciscentes decesserint, non tamen convalescit pactio, quae ab initio fuit inutilis. *l. quod ab initio 29. D. de R. I. Alc. Dou. & alii in d. l. pactum.*

XIII.

Nec excipimus conventionem mutuam seu reciprocam de succedendo : nam si ea inter solos milites valet , utique inter paganos valere nequit. *d.l. licet C. de pact. junct. l. donari 29. §. ult. D. de donat. l. 7. §. si vir & uxor D. de donat. int. vir & ux. Hart. Pist. flor. 4. quest. 2. n. 17. Gomes. ad leg. Taur. 2. n. 17. Cujac. in l. generaliter 26. D. de V. O. Diss. Gail. 2. obs. 126. Mys. cent. 2. obs. 33.*

XIV.

Nec unionem, quam vocant, prolium excipimus, qua id agitur, ut comprivigni utrique parenti æqualiter succedant, perinde ac si ex eodem matrimonio nati essent. *d.l. pactum junct. l. adfinitatis 7. C. Com. de succes. Ant. Fab. de err. pragm. dec. 14. err. 1. Sand. d. tit. 2. def. 7. Diss. Jac. Rick. tract. de uno. prol. cap. 3. Gail. 2. obs. 125.*

XV.

Sed nec pacta inter patrem & liberos facta excipimus, *d. l. pactum. C. de pact. d. l. 3. C. de collat. l. fin. D. de legit. hered. Pist. d. quest. 2. n. 38. Diss. Alex. in d. l. pactum: Ias. in d. l. fin. Zas. in d. l. 61. de V. O. Alciat. in d. l. pactum quod dotali n. 7. & 8. Nec inita inter fratres, nec inter illustres personas. Diss. Gail. 2. obs. 127.*

XVI.

Ac licet magnus sit piæ causæ favor, verius tamen est, ne venerabilem quidem domum ex hujusmodi pactione succedere posse. *Bald. in l. 1. C. de SS. Eccles. Vasq. de succes. progres. lib. 2. §. 20. n. 19. & 20. Zas. in d. l. 61. de V. O. n. 14. & seqq. Hart. Pist. d. quest. 2. n. 43. Diss. idem Bald. in l. fin. C. de pact. Alex. in d. l. pactum. Everh. in loc. à milit. ad piam caus. n. 4. Conser Tiraq. privil. piæ caus. 105.*

XVII.

Hoc amplius nihil interesse putamus, utrum pactio de tota hereditate, an parte hereditatis facta sit. Sed si pactum factum sit de re singulari, dubitatur an valeat? Verius est successio- nis jure ne hoc quidem valere possit. *arg. dd. ll. & l. si quis in prin- cipio 22. D. de leg. 3. Hart. Pist. d. quest. 2. n. 6. Bologn. in l. 61. de V. O. n. 23.*

O. n. 23. & 154. Alciat. in d. l. pactum quod dotali n. 19. C. de pact.

XVIII.

Quid si pactum juramento firmatum sit? Nihil magis valebit. arg. l. non aubium C. de ll. l. 7. §. & generaliter D. de pact. l. si quis inquilinos 112. §. ult. D. de leg. 1. l. 1. C. de SS. Eccles. cum simil. Glos. & com. Dd. in d. l. 3. C. de collat. d. l. pactum quod dotali, d. l. 61. de V. O. V. sq. de succes. creat. §. 18. n. 208. & 221. Gomef. ad leg. Taur. 22. n. 17. Hart. Pist. d. quest. 2. n. 30. Diss. Covar. in c. quamvis part. 3. pr. n. 3. Tiraq. in praf. l. si unquam n. 142. C. de revoc. donat. Gutier. tract. de contr. jurat. cap. 59. n. 7. Tessaur. decis. 225. n. 5. & 6.

XIX.

Postremò nec statuto aut consuetudine municipali hujusmodi pacta firmari possunt: utique si vim statutorum ex jure Romano æstimare velimus: arg. l. jus publicum 38. D. de pact. l. pen. D. ad leg. Rhod. de jact. l. 3. §. Divus Hadrianus D. de sepulch. viol. l. si non speciali 9. C. de testam. Zas. in d. l. 61. de V. O. n. 50. & com. Dd. teste Pistor. d. lib. 4. quest. 3. n. 31. Diss. Alciat. in d. l. pactum quod dotali n. 32. & 33. Pistor. d. quest. 2. n. 44. Adde Graf. de succes. ab intest. quest. 9. n. 4.

XX.

Ac licet plerique distinguant inter pacta acquirendæ & pacta conservandæ successione causa facta: tanquam illa invalida, hæc contra valida sint: Gomef. d. l. Taur. 22. n. 19. Zas. in d. l. 61. n. 18. Coraf. 6. miscel. 9. Graf. in §. successio ab intestato cap. 15. n. 1. tamen ne hæc quidem distinctio simpliciter probanda est. Hart. Pistor. d. lib. 4. quest. 4.

XXI.

Fingamus confectis dotalibus pactis, vel utrumque vel alterum contrahentium ab iis recedere velle: an mutari conventa possunt? Verius est, utriusque consensu mutari posse, ab altero solo non posse. arg. l. un. §. illud C. de rei ux. act. l. sicut 8. C. de Obl. & act. l. in commodato 17. §. sicut. D. Commod. l. nihil tam 35. l. serè 153. D. de R. l. Nec adverteatur l. 1. §. 1. D. de dot. præleg.

Sanè

Sanè, postquam moribus placuit, pactis dotalibus etiam de futura successione caveri posse, rectè distinxeris inter pacta concepta verbis contractus, & concepta verbis ultimæ voluntatis: ut hæc mutari etiam ab altero possint: illa non nisi ab utroque. *Sich. in l. 3. n. 6. C. de Collat. Berlich. part. 2. concl. practi- cab. cap. 51. Sand. lib. 2. tit. 1. def. 4. Conser, Gail. 2. obs. 126. n. 6. Fontan. de pact. antenupt. claus. 5. glos. 8 part. 12. n. 55. Neostad. in not. ad obs. 2. Rober. 2. rer. jud. 4. § 1. cap. 15. Fabr. C. Sab. tit. de pact. conv. def. 7. Sand. de feud. Geln. tract. 1. tit. 2. cap. 3. n. 8. & 10.*

F I N I S.



DISP-